

tutti quelli nobili nostri che fin mò non hanno portato li ditti 5 bollettini de farseli far a tutti li 5 offici et portarli a Daniel Vido, secondo la continetia della ditta parte de dì 6 de Novembre preterito in tutto et per tutto, alla qual si habbi relatione.

Et perchè l'è conveniente *etiam* servar il medemo verso li citadini nostri, li quali hanno offitii etc., azio anco essi habino comodità di farsi far li bollettini sui, però sia preso che li ditti citadini nostri, sicome havevano el termine per tutto 'l mese presente, cussi lo debano haver per tutto el proximo futuro mese di Zener di expedire et haver li bollettini di tutti 5 li ditti offici, secondo il tenor di la parte, *etiam* di loro presa. Non si possino prorogar più li ditti termini, nè alli nobili, nè alli citadini per alcun modo, sotto pena di ducati 500 per cadauno il qual ponesse o consentisse ponersi parte in contrario, da esser scossa per li Avogadri di Comun senza altro Consegglio. Et la presente parte non se intenda presa, se la non sarà posta et presa nel Mazor Consegglio.

|             |     |
|-------------|-----|
| De parte    | 147 |
| De non      | 52  |
| Non sincere | 2   |

248\*

*Die 13 mensis suprascripti.**In Maiori Consilio.*

*Consiliarii posuerunt partem ultrascriptam,  
et fuere.*

|             |     |
|-------------|-----|
| De parte    | 652 |
| De non      | 155 |
| Non sincere | 2   |

249 *Exemplum cuiusdam litterae datae Mediolani,  
die 6 Decembris 1526, per Leonem Par-  
sium ad Petrum Franciscum Parisium  
fratrem, habitae ex Crema.*

Frater carissime.

Diu inter nos disceptati de salute status tui, et diu vicissim sunt expectatae litterae. Melior apud te sors est imprecata quam nobis evenerit; malorum enim omne acervum super nos efferbuit hactenus et desolationis fuit magna congeries, videlicet undique tumultu bellico depopulati habundequa devastati fuerimus, maiori tamen oppressi nunquam

fuiimus laboque morte pientissimae nostrae matris illata. Omnes percussi atterritique diu hesitavimus mors potius an vita in poenis atrocioribus ulterius exposceretur. Non ignotum existimo isthic qua insaniae et beluali errore bis a nobis contra robur gotticum perperam in maximam nostram labem fuerit martiali globo laceratum. Primo quidem impetu satis evasum est honorifice, alemanis ultro pacem poscentibus, scilicet secundo inordinate, inconfuse temereque omnis nostra propulsata est ab ipsis, quae fuerat illata militaris obstructio et congeries imo in ipsis locorum delectis aggeribus omnia solo sunt igne ab alemanis injecto adequata, qua angustia, igne exuperante infectis massaliorum vicinis nostris laribus tanto metu occlusa sunt matris misellae interiora, ut in ictu occuli febre ietericia circumsepta, non post longo tempore in idropem inciderit, qua estuante, bis duobus exactis mensibus, primo kalendarum Octubris, hora ante lucanali vitam *cum* morte commutavit. Magna nostra comuni miseria ab hiis devastatis ab alemano milite nostris tutellaribus hospitiis, prius tamen per nos in ipso fervore civilis belli utiliori suppellestile in penetrilibus virginis liberate abdita, mox superveniente hispano pedite, a quo continuis octo diebus tanta illata est clades, quanta fuerit toto anno ab alemano. Deinde, ipsis migrantibus ad presidia aggerum urbis et introeuntibus equitibus hispanis, quibus expensis nostris regiis superesse coacti sumus, ultra menstruum tempus mox saniori consilio ducti, omne penum et cellam vinarium furtivo evacuavimus per posticum domus addendo dolum dolosis hispanis, quibus barbatis facile sic imposui, ut fuerim in tota 249\* vicinia, etiam apud ipsos equites hispanos tabellae auctor a presbitero delusum hyspanum. Verum ne reliquum igni imponeretur, coactus sum vasa vinaria emere, quae ferro obstructa erant, coetera igne consumpta, dolore irrisio factae qua nunc etiam plectimur, nos omnes mortua matre superfluum, haec tenus represalia hyspaniorum et domi et foris me me tantum diu perquisitum ab equite qui obvenit nobis in hospitio ad demolitionem rei nostrae familiaris, licet gloriari numquam fuisse inventum vel repertum in tanta cursitatione per urbem, ad quam cogebat matris intuitu, tota die peragrande vel ad phisicos perquirendos aut alia salutifera alexitacha cohemenda. Praefuit Deus itineri nostro in tam pia necessitate, quod si captus omnia in talia quae servata erant, cogebat deducere metu tormentorum, sic tota urbe agebatur. Deo optimo maximo quod acceptum refero. Coe-